



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Marcvlf Monachi Formvlarvm Libri Dvo

Marculfus <Monachus>

Paris, 1635

XLIX. Indiculus generalis ad omnes homines.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10644

tua sit diligentia reducta, ac vice patris ac medici pia circa hunc sit vigilantia ægrum. Quem si pristinæ redditum sanitati pastori omniū cum cæteris præsentaueris inlæsum, quæ sequatur tui merces laboris, optimè diuinis nosti instructus oraculis. Vale memor mei venerabilis in Christo frater.

XLIX. INDICVLVS GENE-
ralis ad omnes homines.

Domino nostro, orthodoxo Romanæ sedis Apostolicæ, à Deo instituto, illi Papæ: vel omnibus Apostolicis dominis, & patribus, seu Abatibus; vel Deo dicatis in cœnobiis degentibus: nec non & inlustribus viris, Patriciis, Duci- bus, Comitibus, vel omnibus Christiani cultus diuinam religionem sectantibus, ille peccator vilissimus omnibus in Domino præsumo.

186 MARCVLFI MONACHI
mittere salutem. Quatenus præsens
portitor ille, radio inflammante di-
uino, non (vt plerisque mos est) va-
candi causa , sed propter nomen
Domini, itinera ardua & laboriosa
paruipendens , ob lucrandam ora-
tionem, limina sanctorum Aposto-
lorum domni Petri & Pauli , adire
cupiens, meæ paruitatis se petiit ve-
stræ commendari almitati ac indu-
striæ litterulis. Per quas vilissimus
omnium, tanquam vestris prouolu-
tus vestigiis singulorum, supplicare
præsumo , vt pro minimo exorari
iubatis, & eundem euntem vel re-
deuntem , si Dominus permiserit,
propter nomen Domini , solida
pietate commendatum recipiatis;
& quod necesshabuerit impertire
tanti habeatis; quatenus ab ipso
mercamini mercedem recipere cō-
modam , qui sibi dixit impleri,
quantum quis in suis pauperibus
visus fuerit erogare.